

ZGODOVINSKI ZBORNIK.

PRILOGA

„LAIBACHER DIOECESANBLATT-U“.



—ooo Izhaja v nedoločenih obrokih. ooo—

Sedmo leto.

Ljubljana, meseca oktobra 1894.

Številka 27.

Diplomatarij.

24.

Bulla papeža Pija VI.,

s katero zatâre škofiji tržaško in pičansko, povzdigne mesto Gradiško v škofijsko stolico, podvrže novo škofijo gradiščansko nadškofu ljubljanskemu, ji podredi del zadržte nadškofije goriške in župnije zatrtih škofij tržaške in pičanske ter nekatere fare, odkrušene od poreške in puljske vladikovine. — Rim, 20. avgusta 1788.

(Nadaljevanje in konec.)

Nec non sub prefatis Districtibus Districtuumque Partibus, ac singulis Parochialibus seu aliis Ecclesiis supradictis respective comprehensas utriusque sexus Personas Habitatores et Incolas tam laicos, quam clericos Presbyteros Beneficiatos et Religiosos quoscunque non tamen exemptos eujuscumque gradus status ordinis et conditionis existant, Illos ab ordinaria Jurisdictione Tergestine et Petinensis nec non Goritiensis ac Parentine et Polensis perpetuo respective disjungendo et eximendo, Nove Ecclesie Episcopali Gradiscane ut prefertur erecte illiusque futuro Presuli pro suis civitate et Territorio ac Diecesi nec non clero et Populo ita quod liceat Persone eidem Ecclesie Gradiscane tam nunc a primeva illius erectione et Institutione hujusmodi quam deinceps pro tempore quomodolibet Pastoris solatio destitute in Episcopum preficiende per se vel alium seu alios ejus nomine veram, realem actualem ac corporalem possessionem seu quasi possessionem administrationis spiritualis et omnimodi Juris Diecesani in predicto Oppido in civitatem Episcopalem a Nobis per Presentes erecto Nec non in omnibus et singulis Districtibus, Districtuumque Partibus ac Parochialibus Ecclesiis supradictis propria auctoritate libere apprehen-

dere et apprehensam huiusmodi perpetuo retinere venerabilis quoque Fratris nostri moderni et pro tempore existentis Archiepiscopi Labacensis vel cujusvis alterius Licentia desuper minime requisita pari apostolica auctoritate similiter perpetuo constituimus atque concedimus et respective ordinarie eisdem pro tempore futuri Episcopi Gradiscani Jurisdictioni potestati et auctoritati similiter perpetuo supponimus atque subycimus.

Mense autem Episcopali Gradiscane per nos ut prefertur erecte pro illius Dotatione et ad hoc ut idem pro tempore futurus Episcopus Gradiscanus statum suum juxta Pontificalis Dignitatis exigentiam decentius tenere valeat annuam summam Decem Millium florenorum Rhenensium videlicet sex mille ac quadringentos et Nonaginta sex Florenos pares ex Redditibus Mense Archiepiscopalis ejusdem Metropolitane Ecclesie Goritiensis nuper ut prefertur suppressae et extincte Reliquos vero Termille ac quingentos ac quatuor Florenos similes ex Redditibus alterius Mense Episcopalis ipsius Ecclesie Tergestine per presentes ut prefertur itidem suppressae et extincte respective percipiendos eamque ab omni onere liberam immunem, et exemptam a prefato Josepho Imperatore et Rege eidem pro tempore futuro Episcopo Gradiscano ut similiter accepimus assignatam Ita ut idem Josephus Imperator, et Rex Expensis Consistorii illiusque expeditionibus jam aliunde prospexerit similiter perpetuo attribuimus atque incorporamus Ipsique pro tempore futuro Episcopo Gradiscano pro sui decenti Habitatione Domum amplam prope dictam Parochialem Ecclesiam ut praefertur suppressam et extinctam, et in Cathedralem Ecclesiam etiam per Nos ut prefertur erectam existentem et ab eodem Josepho Imperatore

et Rege ut pariter accepimus jam designatam que ad hujusmodi Habitationis effectum reparabitur perpetuo quoque addicimus atque concedimus.

Ac preterea ut dignitates ac Canonicatus et Prebende nec non prefata Vicarie ejusdem Cathedralis Ecclesie Gradiscane per Presentes ut prefertur erecte et erecti de congrua respective etiam Dotatione provideantur Illasque et illos respective pro tempore obtinentes onera eis et eorum cuilibet pro tempore respective incumbencia supportare valeant dicte Prepositure eique annexo prefato unam Millium ac dicto Decanatu eique pariter annexo aliam octingentorum, ac predictae scholastrie eique similiter annexo Canonicatibus aliam aliorum octingentorum, Ac quarto, cui munus Vicarii generalis hujusmodi ut prefertur incumbet aliam Duorum Millium et quingentorum, ac quinto nec non sexto ac septimo Canonicatibus per Nos ut prefertur erectis hujusmodi cuilibet eorum videlicet aliam sexcentorum unicuique vero ex prefatis Vicariis similiter per nos ut prefertur erectis Ducentorum et quinquaginta Florenorum similium respective annuas summas ab ipso Josepho Imperatore, et Rege ut quoque accepimus jam pariter designatas seu constitutas pro illarum et illorum respective Prebenda simili apostolica auctoritate etiam perpetuo applicamus, et assignamus Exceptis tamen futuris quatuor ejusdem Cathedralis Ecclesie Gradiscane ut prefertur erecte Cappellanis qui sicuti ab eisdem illius Capitulo et Canonicis ut prefertur eligendi ita pariter eorum sumptibus et arbitrio manutenendi erunt.

Ac insuper eisdem futuris ac pro tempore existentibus Capitulo et Canonicis dicte Cathedralis Ecclesie Gradiscane ut ipsi capitulariter congregati pro dicte Ecclesie Gradiscane ac illius mense Capitularis Sacristie et Fabrice earumque Rerum et Bonorum tam spiritualium quam temporalium prospero felicique statu Regimine et Gubernio ac directione ac onerum eis pro tempore respective incumbentium supportatione ac Missarum Horarum Canonicarum diurnarum et nocturnarum aliorumque Divinorum officiorum Processionum Funeralium et Anniversariorum celebratione Ac de Dignitatibus Canonicatibus et Prebendis ac vicariis et Cappellanis prefatis aliisque Ministeriis Ecclesiasticis inibi pro tempore providendorum receptione et admissione personali Residentia Distributionem etiam quotidianorum et Emolumentorum quorumcunque repartitione et Administratione Penarum per absentes ac Divinis officiis et functionibus suis loco et tempore non interessentes seu onera et ministeria eis respective incumbencia subire negligentes incurrendarum impositione atque incursu singulorum presentis, et absentis notandis ceremoniis et Ritibus in prefata Cathedrali Ecclesia Gradiscana ut

prefertur erecta illiusque choro Capitulo Processionibus et aliis actibus servandis nec non illius Ministris deputandis et amovendis salariis et stipendiis eorum cuilibet assignandis et quibusvis aliis Rebus in premissis et circa ea quomodolibet necessariis et opportunis quocumque statuta ordinationes Capitula et Decreta Licita tamen et honesta et sacris Canonibus ac Concilii Tridentini prefati Decretis et constitutionibus apostolicis non contraria condere et edere conditaque et edita pro Rerum ac temporum variatione et qualitate mutare limitare corrigere declarare et interpretari ac in meliorem formam redigere seu alias de novo etiam ex integro de consensu tamen semper et cum approbatione pro tempore existentis Episcopi Gradiscani condere ac per eos ad quos pro tempore spectabit sub penis in contrafacientes statuendis observari facere libere et licite valeant plenam liberam et omnimodam facultatem potestatem et auctoritatem eadem apostolica auctoritate similiter concedimus, et impartimur.

Ulterius eidem Josepho Imperatori et Regi ejusque successoribus Jus nominandi seu presentandi Nobis et Romano Pontifici pro tempore existenti infra tempus a Jure prefixum ad dictam Ecclesiam Gradiscanam tam hac prima vice a primeva illius erectione et Institutione a Nobis ut prefertur factis hujusmodi Pastoris solatio destitutam quam deinceps quotiescumque pro tempore quomodolibet etiam Pastoris solatio destitui contingerit Personam idoneam per Nos et Romanum Pontificem pro tempore existentem prefatum eidem Ecclesie Gradiscane in Episcopum preficiendam pari prorsus modo quoad nominationem seu presentationem eandem alii Episcopi Ecclesiarum in Dominio Austriaco existentium ab apostolica Sede prefici consueverunt.

Ac preterea aliud Jus nominandi seu presentandi ad dignitates ac Canonicatus et Prebendas nec non Vicarias ejusdem Cathedralis Ecclesie Gradiscane per Nos etiam ut prefertur erectos et erectas hujusmodi tam pariter hac prima vice a primeva illarum et illorum Erectione et Institutione hujusmodi vacantes quam etiam in posterum quovismodo vacaturas et vacaturos Personas itidem idoneas respective apostolica auctoritate prefata itidem perpetuo reservamus. Ac dictum Jus nominandi tam ad prefatam Ecclesiam Gradiscanam quam ad Dignitates ac Canonicatus et Prebendas nec non vicarias per Nos ut prefertur erectam et erectas ac erectos, et erectas hujusmodi Regium existere, Illudque vim effectum naturam substantiam essentiam qualitatem validitatem et roboris firmitatem Juris nominandi Regii hujusmodi obtinere ac uti tale sub quacumque derogatione etiam cum quibusvis efficacioribus et efficacissimis clausulis et Decretis in quacumque dispositione etiam per vias

Constitutionis legis Regule Cancellarie apostolice aut alias quomodocumque facta nullatenus comprehendi neque illi ullo unquam tempore et ex quavis causa derogari posse neque debere ac collationes provisiones et quasvis alias dispositiones de dignitatibus ac Canonicatibus et Prebendis ac Vicariis per Nos ut prefertur erectis hujusmodi absque ipsius Josephi Imperatoris et Regis ejusque successorum Consensu seu nominatione aut presentatione pro tempore factas Processusque desuper habendos ac inde sequenda quecumque nulla, et invalida nulliusque roboris vel momenti fore, et esse ac pro nullis invalidis et ineffectis haberi et reputari nec Jus vel collatum titulum possidendi cuiquam per illa tribui vel acquiri posse dicta apostolica auctoritate decernimus.

Nos vero premissis cum sicut pariter accepimus sub eadem Diecesi Tergestina per Nos, ut prefertur suppressa, et extincta una de Umago et altera Materada respective nuncupate Parochiales Ecclesie reperiantur, que utpote in Istria Veneta existentes a prefato nuper Episcopo Tergestino ut ejusdem Josephi Imperatoris et Regis vota etiam in hoc impleantur favore Venerabilis etiam Fratris nostri moderni et pro tempore existentis Episcopi Emoniensis sub Nostro et sedis Apostolice Beneplacito perpetuo cesse extiterunt Nos propterea unam et alteram Parochiales Ecclesias ultimodictas sicut prefertur cessas et in eis pariter respective contentas utriusque sexus Personas et Incolas tam laicos, quod clericos Presbyteros Beneficiatos, et Religiosos quoscumque non tamen ut prefertur exemptos ab ordinaria prefati Episcopi Tergestini Jurisdictione perpetuo dismembrantes illas et illos Ecclesie Episcopali nec non Diecesi Emoniensi illiusque clero et Populo eadem Apostolica auctoritate itidem perpetuo adjungimus, et incorporamus Ac respective ordinarie ipsius moderni et pro tempore existentis Episcopi Emoniensis Jurisdictioni potestati superioritati et auctoritati similiter perpetuo subycimus atque supponimus Ac insuper easdem Presentes semper et perpetuo validas et efficaces esse et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere et ab omnibus et singulis ad quos nunc spectat et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter et inviolabiliter observari debere ac nullo unquam tempore ex quocumque capite vel qualibet causa quantumvis juridica pia legitima et privilegiata etiam ex eo quod cause propter quas eadem presentes emanarunt adducte verificate et justificate non fuerint de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis seu invaliditatis vitio, aut intentionis nostre vel quopiam alio quantumvis magno substantiali inexcogitato et inexcogitabili ac specialem et individuum mentionem et expressionem requirente defectu seu etiam ex eo quod in premissis eorumque

aliquo solemnitates et quevis alia servanda, et adimplenda servata et adimpleta non fuerint aut ex quocumque alio capite de jure vel de facto seu statuto vel consuetudine aliqua resultante seu etiam enormis enormissime totalisque lesionis aut quocumque alio colore pretextu aliaque ratione vel causa etiam quantumvis justa rationabili legitima juridica pia privilegiata etiam tali que ad effectum validitatis premissorum necessario exprimenda foret aut quod de voluntate Nostra huiusmodi et aliis superius expressis nullibi appareret seu alias probari posset notari impugnari invalidari retractari in Jus vel controversiam revocari aut ad viam et Terminos juris reduci seu adversus illas restitutionis in integrum aperiitionis oris reductionis ad viam, et terminos Juris aut aliud quodcumque juris vel facti aut gratie vel justitie remedium impetrari seu quomodolibet etiam Motu scientia et potestatis plenitudine similibus concesso et impetrato vel emanato quempiam uti seu se juvari in Judicio vel extra illud posse neque easdem Presentes sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus suspensionibus Limitationibus modificationibus derogationibus aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque Litteras et constitutiones apostolicas aut Cancellarie apostolice Regulas quomodocumque etiam in Crastinum assumptionis nostre et successorum Nostrorum Romanorum Pontificum ad summi apostolatus apicem etiam motu scientia et potestatis plenitudine paribus etiam consistorialiter ex quibuslibet causis et sub quibuscumque verborum expressionibus tenoribus et formis ac cum quibusvis clausulis et Decretis etiam si in eis de ejusdem Presentibus earumque toto tenore ac Data specialis mentio fiat editas et in posterum edendas comprehendi sed semper et omnino ab illis excipi et quoties ille emanabunt toties in pristinum et validissimum statum restitutas repositas et plenarie reintegratas fore et esse, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere debere sicque et non alias per quoscumque Judices Ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum Palatii apostolici Auditores ac Sancte Romane Ecclesie Cardinales etiam de latere Legatos Vice Legatos dicteque Sedis Nuncios aliosque quoscumque quavis auctoritate potestate facultate ac prerogativa et Privilegio fungentes nec non honore et preeminencia fulgentes sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate potestate et auctoritate in quocumque Judicio et in quacumque instantia judicari et definiri debere irritumque decernimus et inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari Non obstantibus quatenus opus sit Nostra et Cancellarie apostolice prefate Regula de jure

quesito non tollendo ac Lateranensis Consilii novissime celebrati uniones et applicationes perpetuas nisi in casibus a jure premissis fieri prohibentis nec non ab Ecclesiis membra dividi ac distingui et Beneficia Ecclesiastica unius Diocesis alterius Diocesis Beneficiis uniri etiam prohibentis aliisque in Contrarium premissorum quomodolibet etiam in Synodalibus Provincialibus generalibus et universalibus Conciliis editis vel edendis specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis Privilegiis quoque Indultis et litteris apostolicis quibusvis superioribus et Personis sub quibuscumque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam Derogatoriis derogatoriis aliisque efficacioribus efficacissimis et insolitis clausulis ac irritantibus et aliis Decretis in genere vel in specie etiam Motu scientia et potestatis plenitudine similibus pro tempore quomodolibet etiam consistorialiter aut alias etiam pluries et iteratis vicibus concessis approbatis firmitatis et innovatis quibus omnibus et singulis etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa et individua ac de verbo ab verbo non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret Tenore huiusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissis et forma in illis tradita observata Presentibus pro plene et sufficienter expressis et insertis habendis illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat latissime et plenissime ad premissorum omnium et singulorum validissimum effectum specialiter et expresse nec non opportune et valide Motu scientia et Potestatis plenitudine similibus harum quoque serie derogamus ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem quod dicta Episcopalis Ecclesia Gradiscana ut prefertur erecta ad quingentos Florenos auri tantum taxari et huiusmodi Taxa in libris Camere apostolice respective describi debeat cum hoc tamen quod alia Episcopalis Ecclesia Labacensis nuper Apost. Autoritate suppressa et in metropolitanam Ecclesiam etiam Labacensem eadem apostolica auctoritate perpetuo erecta et similiter ad quingentos Florenos auri pares in eisdem libris Camere apostolice huiusmodi descripta in aliis Biscentum Florenis similibus augeatur ita ut illa imposterum perpetuis futuris temporibus ad septingentos Florenos pares taxata remaneat.

Nosque autem per easdem Presentes suprascriptum Nostrum et sedis prefate Nuncium in civitate Viennensi Austrie ut prefertur commorantem in Exequutorem earundem Presentium quoad illarum executionem tantum dicta apostolica auctoritate deputamus Eique facultatem ut ipse quaecumque Personam in Dignitate

Ecclesiastica constitutam pro huiusmodi Executionis effectu subdelegare libere, et licite valeat, Nec non eidem Nuncio seu Personae ab eo sic subdelegande prefate etiam facultatem ut ipse seu ipsa integram premissorum observantiam sub quibuscumque sententiis censuris et penis Ecclesiasticis precipere ac super quacumque oppositione adversus eadem premissa in ipsius executionis actu quomodolibet oritura et occurrente servatis tamen que fuerint de jure servanda definitive pronunciare etiam libere, ac licite possit et valeat apostolica auctoritate prefata specialiter et expresse respective concedimus atque impartimur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre suppressionis extinctionis reservationis Constitutionis assignationis Erectionis institutionis voluntatis dismembrationis exemptionis posterioris constitutionis concessionis suppositionis subjectionis attributionis incorporationis applicationis assignationis facultatis impartitionis ac posteriorum etiam reservationis dismembrationis subjectionis et suppositionis nec non decreti Derogationis voluntatis deputationis posteriorisque Facultatis concessionibus atque impartitionis infringere vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare presumpserit Indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Rome apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominice Millesimo septingentesimo octogesimo octavo Tertio decimo Kalendas septembris Pontificatus Nostri anno quarto decimo. Loco † Plumbi.

Quibus Litteris visis Ego Notarius publicus infra-scriptus presens Transumptum subscripsi ut perinde valeat ac si essent Littere originales. Actum Rome ut supra, Presentibus DD. Dominico Monti et Francisco Alari Testibus.

(L. S.) *Concordat cum Origli T. Rigambi offlis depts
A. Card. Prodal.*

Ita est Joseph Battaglia Notarius Apostolicus.

Praesentem Copiam suo mihi exhibito Originali consonam esse testor, Viennae die 4^{ta} Mensis Octobris Anno Domini 1788.

Carolus Joseph Kriegl

*Secretus Aulus actis et Caes^o Regae Boh^o
Aust^o Aul^{ae} Registraturae Director.*

Dieser päbstlichen Bulle wird auf allerhöchsten Befehl, insoweit der Inhalt den Landesfürstlichen Gerechtsamen und Verordnungen nicht entgegen stehet, das Placitum regium ertheilet.

*Per Sacram Caesareo
Regiam Majestatem.*

Wienn den 24. September 1788.

Fridrich Bischeidorfer.

Duhovniška bratovščina sv. Mihaela v Mengšu.

(Od leta 1667 do 1799.)

(Nadaljevanje.)

Anno 1716. In Sodales recepti.

- Adm Rdus & Religiosissimus D. P. **Alexander Engelshausen**,
Sac. ac exempti Ord. Cist. in celeberrimo ac antiquissimo Mo-
nasterio Sitticensi Professorus, p. t. Camerarius ibidem.
- Rssmus Dnus **Joannes Plut**, Teut. Ord. Praepositus Möttlicensis,
& Parochus in Siemitsch.
- Adm R. & perillustris Dnus **Josephus Ignatius Schweiger**.
- R. D. **Carolus Josephus Burger**, Diuinorum in Monspurg Co-
operator. Obiit 3. Aprilis 1724.
- R. D. **Josephus Schettay**, Alumnus Oberburgensis.
- R. D. **Joannes Panian**, Cooperator in Weixelburg.
- R. D. **Alexius Jeran**, Cooperator Hyper-Labacensis. Obiit 30.
7bris 1719.
- R. D. **Georgius Schuoler**, Cooperator in Prasberg.
- Multum Rdus Dnus **Vincentius Schouoatnikh**, Vicarius Slauo-
Graecii.
- R. D. **Jacobus Quass**, Vicarius in Cronau.
- R. D. **Matthias Eustachius Samsa**, Cooperator Jelschanae
prope Flumen. Elemintus est, eo quod discesserit ad partes
remotas sine praeuia insinuatione.
- R. D. **Bartholomaeus Vidmair**, Cooperator in Höfflein.

Anno 1717. Consortio DD. Sodalium copulati.

- Plm Rdus. ac Illmus DD. **Joannes Ernestus L. B. ab Erberg**.
Obiit Viennae 29. 9bris 1717.
- Adm Rdus, ac perillustris D. **Joannes Ludouicus à Gandin**,
parochus in Leitsch.
- Adm R. D. **Franciscus Juuanziz**, parochus ad S. Martinum
sub Kallenberg.
- Adm R. D. **Carolus Galliz**, parochus in Tichern.
- R. D. **Andreas Rogl**, Cooperator in Commenda ad S. Petrum.
- R. D. **Michael Blass**, Sacellanus in Kraithberg. Obiit 19. Xbris 1721
- R. D. **Lucas Serounik**.

Anno 1718. In Sodalitatem adscripti.

- Rssmus, ac Illmus DD. **Petrus Jacobus L. B. Testaferrata**,
Ord. Hierosol. Commendator S. Petri in superiori Carniolia.
- Adm Rdus, ac Religiosus Dnus P. **Daniel Krekler**, Sac. Ord.
Cist. Sitticii Professorus, p. t. Samariae Plebanus.
- R. D. **Alexius Wetstein**, Vicarius in Monspurg.
- R. D. **Joannes Bapta Fux**, Diuinorum Hotscheuia Cooperator.
- R. D. **Andreas Wagner**, Vicarius in Wodiz.
- R. D. **Andreas Collar**, Cooperator in Pirkendorff.
- R. D. **Andreas Valauschek**, Coop. ad S. Petrum prope Königs-
perg. Obiit ibidem 16. Aprilis 1722.
- R. D. **Paulus Watiz**, Cooperator in Moraitsch.
- R. D. **Antonius Smolle**, Cooperator ad S. Georgium in Cam-
pestribus.

Anno 1719. ad sodalitiu accesserunt.

- Adm Rdus, ac Religiosissimus D. P. **Leopoldus Graffenberg**,
Sac. Ord. Cist. Sitticii Professorus.
- Adm Rdus. ac Religiosissimus D. P. **Andreas Purg**, Sac. Ord.
Cist. Sitticii Professorus.
- Adm Rdus, ac Religiosissimus D. P. **Alanus Schuzig**, Sac. Ord.
Cist. Sitticii Professorus.
- Adm R. D. **Franciscus Kosler**, Parochus in Thschermoschniz.
- R. D. **Josephus Ignatius de Graffhaiden**, Cooperator ad S.
Martinum prope Crainburgum.
- R. D. **Joannes Bapta Saluadori**, Cooperator Samariae.
- R. D. **Franciscus Irmel**, ad S. Vitum infra Sitticium Cooperator.
- R. D. **Joannes Bapta Perneth**, Sacellanus apud Illmum Dnum,
Dnum Comitem a Liechtenberg.

Anno 1720. DD. Sodalium consortio aggregati.

- Rssmus Dnus, Dnus **Joannes Andreas à Stemberg**, Cathedralis
basilicae ad S. Nicolaum Labaci Canonicus.
- Adm Rdus, ac Religiosissimus D. Pr **Sigismundus Rauber**, Sac.
Ord. Cist. Sitticii Professorus. Obiit 22. Januarii 1725.
- Adm Rdus, ac Religiosissimus D. P. **Engelbertus Perizoff**, Sac.
Ord. Cist. Sitticii Professorus.
- Adm Rdus, ac Religiosissimus D. P. **Ludouicus Gandin**, Sac.
Ord. Cist. Sitticii Professorus.
- Plurimum Rdus ac Illmus Daus, Dnus **Marcus Antonius Rauber**
L. B.
- Plurimum Rdus Dnus **Ferdinandus Raster**, Plebanus & Com-
missarius in Saxenfeldt.
- Rdus Dnus **Gregorius Kriuez**,
- Rdus Dnus **Jacobus Dolnizer**, Diuinorum Cooperator in Wodiz.
- Rdus Dnus **Simon Hostar**, Vicarius in Jauchen.
- Rdus Dnus **Petrus Grossl**, Vicarius in Watsch.
- Rdus Dnus **Georgius Jenko**, Cooperator in Zirklach.

Anno 1721. In classem DD. Confratrum eleuati.

- Adm Rdus, ac Religiosissimus Dnus P. **Carolus Pilpach**, Sac.
ac exempti Ord. Cist. Sitticii Professorus, p. t. Prior.
- Adm Rdus, ac religiosissimus Dnus P. **Edmundus Polz**, Sac.
exempti Ord. Cist. Sitticii Professorus.
- Multum Rdus Dnus **Casparus Pius de Swizer**.
- Adm Rdus Dnus **Franciscus Wilhelmus à Liechtentall**,
Parochus ad S. Petrum in Commenda.
- Multum Rdus Dnus **Joannes Franciscus Loik**.
- Rdus Dnus **Gregorius Marenek**.
- Rdus Dnus **Michael Schenouiz**, Cooperator in Obergurk. Obiit
16. 8bris 1721. ibidem.
- Rdus Dnus **Joannes Andreas Kunstl**.

Anno 1722. In Sodalitatis Album aggregati.

- Rssmus Dnus **Joannes Andreas Skerpin**, Canonicus Labacensis.
 Adm Rdus, ac Religiosissimus Dnus Pr **Godefridus Wrembfeldt**,
 Sac. ac exempti Ord. Cist. Sitticii Professorus.
 Adm Rdus, ac Religiosissimus Dnus P. **Stephanus Merchern**,
 Sac. ac exempti Ord. Cist. Sitticii Professorus.
 Rdus Dnus **Jacobus Raunik**.
 Multum Rdus Dnus **Joannes Grossl**.
 Rdus Dnus **Gregorius Schinkouiz**.
 Rdus Dnus **Franciscus Xaverius Saluian**.
 Rdus Dnus **Adamus Ignatius Marinz**.
 Rdus Dnus **Vincentius Mlakar**.
 Rdus Dnus **Jacobus Hostnik**.
 Rdus Dnus **Joannes Mlakar**.
 Rdus Dnus **Thomas Jambschik**. Obiit 23. 9bris 1722.

Anno 1723. in Sodales electi.

- Plm Rdus & perillustris Dnus **Joannes Adamus de Wernek**,
 Parochus in Arch.
 Plm Rdus, ac Illmus Dnus, Dnus **Sigefridus Georgius L. B.**,
ab Engelshaus, Parochus in Zhatesch.
 Rdus Dnus **Marcus Valerius Hörner**, Diuinorum Cooperator in
 Ponticulis.
 Multum Rdus Dnus **Andreas Makouiz**, Ss. MM. Hermagorae &
 Fortunati Beneficiatus Reiffnicii.
 Rdus Dnus **Thomas Kaple**, Vicarius ad S. Lauretium in Kraina.
 Rdus Dnus **Jacobus Riffi**, praefectus Carolini Collegii Labaci.
 Rdus Dnus **Joannes Sauol**, Cooperator in Arch.

Anno 1724. Ad sodalitiu assumpti.

- Adm Rdus, ac Religiosissimus Dnus Pr. **Wilhelmus Trattnik**,
 Sac. Ord. Cist. in Landstrass Professorus.
 Adm Rdus, ac Illmus Dnus, Dnus **Antonius Gotthardus ab**
Erberg L. B.
 Adm Rdus Dnus **Matthias Vrbanz**, Parochus ad S. Cancianum
 prope Auersperg.
 Multum Rdus Dnus **Michael Killer**, Vicarius ad S. Nicolaum
 Labaci.
 Rdus Dnus **Joannes Bapta Podguriz**, Diuinorum Cooperator
 in Hönigstein.
 Rdus Dnus **Georgius Thomez**, eleemosynarius Labaci.
 Rdus Dnus **Michael Smolle**, Coop. in Haselpach.
 Rdus Dnus **Joannes Bapta Sauersohnik**, Cooperator in Reichen-
 burg.
 Rdus Dnus **Josephus Nouak**, Coop. Monspurgi.
 Rdus Dnus **Sebastianus Sorman**, Coop. in Höfflein.

Anno 1725. Sodales creati sunt.

- Adm Rdus, ac perillustre Dnus **Josephus Ignatius à Zergol-**
lern.
 Adm Rdus ac Religiosissimus Dnus P. **Joannes Nepomucenus**
Fablaniz, Sac. ac exempti Ord. Cist. Sitticii Professorus.
 Multum Rdus Dnus **Thomas Widiz**, Diuinorum Monspurgi Coepe-
 rator.

Multum Rdus Dnus **Joannes Bapta Werk**, Samariae in infe-
 riori Carniolia Cooperator.

- Rdus Dnus **Thomas Schimontschitsch**, Curatus Xaverianus in
 Styria.
 Rdus Dnus **Simon Zeplak**, Coop. in Triffail.
 Rdus Dnus **Antonius Ignatius à Wrembfeldt**.
 Rdus Dnus **Antonius Siuiz**.
 Rdus Dnus **Balthasar Eisner**, Coop. in Sagor.

Anno 1726. Ad sodalitiu suscepti sunt.

- Rdus Dnus **Wolfgangus Gerdak**.
 Rdus Dnus **Antonius Matthaues Nunziz**, Coop. ad S. Georgium
 sub Raichenberg.
 Rdus Dnus **Paulus Joannes Schonter**, Cooperator Fraslaviensis.
 Multum Rdus Dnus **Josephus Leopoldus Fischar**, Coop. in
 Wodiz.
 Rdus Dnus **Georgius Zebou**, Cooperator in Oberburg.
 Rdus Dnus **Vrbanus Justin**.

Anno 1727. Die 8. Maii ad sodalitiu suscepti sunt.

- A. R. Pr **Maximilianus Kalin**, Sitticii professorus.
 Adm Rdus Dnus **Franciscus Xaverius Utshan**, professor ibi-
 dem.
 Illustrissimus, Adm Rdus Dnus **Franciscus Antonius L. B. ab**
Egg.
 Adm Rdus P. **Carolus Rodde**, professor in Landstrass.
 Rdus Dnus **Georgius Milatsh**, Cooperator in Stein.
 Rdus Dnus **Mathias Duscha**, Cooperator Döbernicensis.
 Rdus Dnus **Joannes Bapt. Schinkoviz**, Coop. in Paak.
 Rdus Dnus **Joannes Bapt. Tahaviz**, presbyter.
 Rdus Dnus **Joannes Assole**, Coop. in Baatsh.

Anno 1728. Die 8. Maii.

- Rdus Dnus **Michael Josephus Rosman**, Vicarius in Gallizia ad
 S. Jacobum.
 Rdus Dnus **Josephus Frölich**, Curatus ad S. Franciscum Xave-
 rium in Moraitsh.
 Rdus Dnus **Georgius Ernestus Coballius**, Cooperator Reiffnicii.
 Rdus Dnus **Valentinus Shurby**, Coop. in Saisenburg.
 Rdus Dnus **Simon Reich**, Cooperator in Prassberg.
 Rdus Dnus **Fridericus Golob**, presbyter in Stain.

Anno 1729. Die 8. Maii.

- Rdus Dnus **Martinus Zhebull**, Coop. in Zirklach.
 Rdus Dnus **Andreas Rainilovitsh**, Vic. in Altenlak.
 Rdus Dnus **Joannes Bapt. Staricha**, Coop. Gottscheviae.
 Rdus Dnus **Gaspar Wohinz**, Coop. in Eisnern.
 Rdus Dnus **Joannes Schurby**, presbyter in Lak.
 Rdus Dnus **Antonius Scherounik**, Coop. in Stain.
 Rdus Dnus **Bartholomaeus Stephantschiz**, Coop. Samariae.
 Rdus Dnus **Mathias Maly**, presbyter.
 Rdus Dnus **Bartholomaeus Groschl**, Coop. ad S. Martinum in
 Tuchain.
 Rdus ac Religiosus Pr **Petrus Widiz**, Ord. Cist. in Landstrass
 professorus.

Anno 1730. Die 8. Maii.

- Rdus Dnus **Blasius Lednik**, Benefic. S. Andreae ante muros Cillienses et S. Floriani in Hoehenegg.
 Rdus Dnus **Nicolaus Klinz**, Beneficiatus in Saxenfeldt.
 Rdus Dnus **Josephus Tollst** (?), Vic. Samariae.
 Rdus Dnus **Martinus Georgius Jureschitsh**, Coop. ad S. Georgium sub Reichenegg.
 Adm Rdus Dnus **Georgius Jureshitsh**, Parochus in Sibica.
 Rdus Dnus **Andreas Coplou**, Coop. in Watsch.
 Rdus Dnus **Andreas Schaberle**, Coop. in Poniculis.
 Multum Rdus Dnus **Maximilianus Petrus à Modersheimb**, Celsmi Principis et Eppi Labacensis Capellanus.
 Rdus ac Relig. Pr **Sigismundus Shigan**, Ord. Cist. in Landstrass professus.
 Rdus ac Relig. Pr **Benedictus Omersa**, Ord. Cist. Sitticii professus.

Anno 1731. Die 8. Maii factus est sodalis.

- M. R. Clarissimus Dnus **Josephus Antonius Kotscher**, Phliae Mgr. ss. Thlgiae et J. V. Doctor, Protonotarius Aplicus, Notarius Eppalis Labaci.

Anno 1732. Die 8. Maii.

- Adm Rdus ac Doctissimus Dnus **Nicolaus Sebastianus Glavinich de Glamotsch**, Parochus Caesareus ad S. Crucem prope acidulas Rohitschenses.
 Adm Rdus ac Illmus Dnus **Franciscus Daniel L. B. a Maschkon**, Paroch. Gottscheviae.
 Rdus Dnus **Andreas Schumer**, Coop. in Seysenburg.
 Adm Rdus Dnus **Joannes Vardian**, Parochus in Schemitsch.
 Rdus Dnus **Michael Ludovicus Schaffer**, Vicarius in Watsch.
 Rdus Dnus **Michael Voitschak**, Coop. Gottscheviae.

Anno 1733. Die 8. Maii.

- A. R. ac Illmus Dnus **Franciscus Josephus L. B. ab Apfaltreter** in Grienhoff.
 Rdus Dnus **Michael Brenkh**, Coop. in Watsch.
 Rdus Dnus **Joannes Jagodiz**, Coop. in Neüll.
 A. R. Dnus **Mathias Ferderber**, Parochus in Nessenthall.
 A. R. Dnus **Primus Felioianus Miklovitsch**, in superioris Hungariae comitatu Szepusiensi parochus in Millenpach.
 Rdus Dnus **Josephus Pirkovizh**, presbyter.
 A. R. Dnus **Joannes Bernarditsch**, Praepositus in Möttling.
 Rdus Dnus **Antonius Vinter**, Curatus in Commenda Labacensi.
 Rdus Dnus **Adamus Dibaldi**, Coop. in Tschernombl.
 Rdus Dnus **Martinus Gartner**, Coop. in Döbernik.
 Rdus Dnus **Andreas Sömen**, Coop. ad S. Cancianum.

Anno 1734. Die 8. Maii, ad Sodalitium adscripti sunt.

- M. R. ac Doctissimus D. **Joannes Bapt. Shigan**, ss. Thlgiae Baccal. Form., Coop. Crainburgi.
 A. R. ac Doctissimus Dnus **Sebastianus Pogazhar**, ss. Thlgiae Baccal. Form. Vicarius Rattmonstorffii.
 A. R. Dnus **Thomas Erlach**, Parochus Imperialis in Möschnach.

- Rdus Dnus **Raymundus Dietrich**, Coop. in Tshemshenig.
 Rdus Dnus **Josephus Hozhevar**, Coop. ad S. Martinum in Tuchain.
 Rdus Dnus **Paulus Babizh**, Cooperator ad S. Cancianum prope Auersperg.
 Rdus Dnus **Joannes Bapt. Janishiz**, Sacellanus in Gerlagstein.
 Rdus Dnus **Gregorius Pernatt**, Coop. in Jauchen.
 Rdus Dnus **Joannes Bapt. Bilizizh**, Coop. in Semizh.
 Rdus Dnus **Mathias Rankel**, Coop. Gottscheviae.
 Rdus Dnus **Matthaeus Raspotnik**, Coop. ad S. Martinum prope Lity.

Anno 1735. Die 8. Maii.

- Illmus, Reverendissimus, ac Amplissimus D. D. **Gullielmus Kovazitsch**, Abbas Sitticensis et Protector nostrae sodalitat.
 A. R. Dnus **Vrbanus Augustinus Krushitsch**, Parochus in Greiss.
 Rdus Dnus **Thomas Resar**, Coop. ad S. Crucem.
 Rdus Dnus **Sigismundus Kinski**, Coop. Monspurgi.
 Rdus Dnus **Georgius Lashitsch**, Coop. Moetlicae.
 Rdus Dnus **Josephus Polanz**, Beneficiatus ad S. Spiritum Tschernomblii.
 Rdus Dnus **Franciscus Andreas Hvale**, Vicarius in Cathedrali Ecclesia Labaci.
 Perillustris, A. R. ac Clarissimus Dnus **Adamus Matthaeus Sukoviz**, presbyter Labaci.
 Rdus Dnus **Joannes Suppan**, Beneficiatus in Ainött.

Anno 1736. Die 8. Maii.

- Rdus Dnus **Georgius Soran**, Coop. Samariae.
 Rdus Dnus **Bartholomaeus Suppanz**, Mgr., presbyt., ad S. Georgium in Campestribus.

Anno 1737. 8. Maii accesserunt ad sodalitium.

- Rdus Dnus **Josephus Balli**, Coop. in Sagor.
 Rdus Dnus **Josephus Torta**, Coop. Gottscheviae.
 A. R. Relig. Pr **Alexander Tauffrer**, Sac. ac Exempt. Ord. Cist., ad fontes Marianos prope Landstrass professus et eiusdem monasterii Prior.
 A. R. ac Relig. Pr. **Alanus Smrekar**, ibidem professus.
 A. R. ac Relig. Pr. **Matthaeus Swosel**, in valle Jocosa professus Cartusianus.
 A. R. ac Relig. Pr. **Bartholomaeus Schmelzinger**, ibidem professus.

Anno 1738. 8. Maii adscripti sunt.

- A. R. Nob. Excel. ac Doctiss. D. **Josephus Snediz**, Mgr. Phliae, ss. Thlgiae Baccal. Formatus, parochus in Croppa.
 M. R. etc. **Josephus Dietrich**, Phliae Mgr. ss. Thlgiae Licentiatius, Coop. ad S. Martinum prope Littay.
 Rdus Dnus **Franciscus Matthaeus Rosman**, Coop. in Treffen.
 Rdus Dnus **Ignatius Porzer** (?), Coop. in Arch.
 Rdus Dnus **Franciscus Danielzizh**, Coop. in Obergurg.
 R. ac Relig. Pr. **Andreas Tazel**, Ord. Cist. in Landstrass professus.
 M. R. D. **Simon Zhebul**, Vicarius in Zirklach.

A. R. D. **Joannes Jurkovitsch**, Parochus in Polana.
Rdus Dnus **Forlani** (?) **Antonius**, Beneficiatus in Hopfenbach.
Rdus Dnus **Martinus Romuta**, Cooperator in Nesselthall (Nesselthal).

Die 8. Maii 1739 accesserunt.

D. **Laurentius Marauth**, Vicarius Monspurgi.
D. **Mathias Kosleuzher**, Cooperator in Obergurg.
D. **Matthaeus Panian**, Cooperator in Polana.
Pr. **Gerardus Joseph**, Ord. Cist. Sitticii professus.
Pr. **Robertus Valvasor**, Ord. Cist. in Landtstrass professus.
Pr. **Joannes Wolkenberg**, eiusdem Ord. ibidem professus.
D. **Antonius Josephus Schiffrer**, Canonicus Labaci. In Austria in Laa praepositus Infulatus.

Die 8. Maii 1740 Sedalio adnumerati sunt.

Pr. **Robertus Mugerle**, Sac. ac Exempti Ord. Cist. Sitticii professus.
Pr. **Fran. Xav. Barbo**, Sac. ac Exempti Ord. Cist. ad fontes Marianos professus.
D. **Josephus Brancovitsch**, Coop. ad S. Ignatium.
D. **Josephus Canduss**, Parochus Bonicampi.
D. **Josephus Copriva**, Coop. in Riegl.

Die 8. Maii 1741.

D. **Gaspar Schemitsch**, ss. Thlgiae Licentiatu, Parochus in Jauchen.
D. **Joannes Bapta Kaminar**, phliae Mgr., Coop. Tyberii.
D. **Fran. Xav. Ivich**, Parochus in Scharffenberg.
D. **Fran. Bartholomaeus Marenik**, Coop. Locopoli.
D. **Georgius Slakoina**, Vicarius in Lassshiz.
D. **Lucas Shigur**, Cooperator Bonicampi.
D. **Joannes Pauluscha**, sacellanus in Jurovo in Croatia.
D. **Joannes Bapt. Bilizhizh**, Coop. Tschernomblii.
D. **Thomas Koschneg**, Vicarius in Jauchen.
Pr. **Sigefridus Merjasiz**, Ord. Cist. ad fontes Marianos prope Landstrass professus.
Pr. **Daniel Mordax**, ibidem professus.

Anno 1742.

D. **Sebastianus Fiegel**, sacel. in Weissenfels.
D. **Mathias Baude**, Cooperator Sagoriensis.
Joannes Carolus Schimoniz, sacellanus in Habach.
Georgius Grohik, Coop. in Schemitsch.
Nicolaus Benaglia, Coop. in Obergurg.
Jacobus Laurin, Vic. Tschernomblii.
Francoisus Presler, Coop. in Obergurg.
Valentinus Golob, ss. Thlgiae Licentiatu, Coop. Locopoli.
Wilhelmus Markovitsch, Ord. Cist. Sitticii professus.
Josephus Barbo et **Rudolphus Poserelli**, eiusdem instituti.

D. **Joannes Alnitsch**, Coop. in Laschiz.
Jacobus Batalia, Vicarius Polanae.

Anno 1743.

D. **Carolus ab Höffer**, Beneficiatus in Rudolphswert.
D. **Michael Vogrin**, Coop. in Nesselthal.
D. **Wolfgangus Carolus de Schiffer**, Protonotarius Apost., Archiparochus Monspurgi.
D. **Antonius Prenner**, Cooperator in Tschermoschniz.
D. **Georgius Sabukoviz**, Cooperator ad S. Cancianum.
D. **Georgius Wlashedtli**, Cooperator Runae.
D. **Lucas Walch**, Coop. Scharffenberg.
D. **Joannes Bapt. Michelitsch**, Parochus in Pilichberg.
D. **Josephus Makoviz**, presbyter in Weineck.

Anno 1744.

P. **Augustinus Widerkern** Sitticensis.
P. **Bernardus Garzerolli** Sitticensis.
D. **Joannes Bapt. Mikez**, Parochus Lembergi.
D. **Joannes Shigaviz**, Coop. Lembergi.
D. **Georgius Korber**, Benef. in Hoffran.
D. **Michael Petritsch**, Coop. in Neul.
D. **Mathias Shagar**, Benefic. in Stain.
D. **Joannes Rogavitsch**, Coop. Mötlicae.
Michael Smrekar, Curatus in Altenburg.
P. **Cajetanus Mandel**, Sitticensis.
Joannes Robida, Coop. in Zirklach.
Mathias Shniderzitsch, Curatus in Lassshiz.
Michael Terboll, Cooperator in Watsch.
Joannes Bapt. Ruthelli, Vicarius ad S. Martinum prope Littai.
Joannes Krashkoviz, Parochus ad S. Crucem.

Anno 1745.

D. **Matthaeus Vretsoher**, Parochus Samariae.
D. **Joannes Dismas Floriantschitsch**, Thlgiae Baccal., Par. ad S. Vitum.
D. **Sebastianus Vrbantschiz**, Cooperator ad S. Georgium sub Reihenek.
D. **Andreas Periz**, Coop. ad S. Vitum prope Sitticium.

(Nadaljevanje prih.)

Vsebinska. Diplomatarij: 24. Bulla papeža Pija VI., s katero zatara škofiji tržaško in pičansko, povzdigne mesto Gradiško v škofijsko stolico, poderže novo škofijo gradiščansko nadškofu ljubljanskemu, ji podredi del zatrte nadškofije goriške in župnije zatrtih škofij tržaške in pičanske ter nekatere fare, odkrušene od poreške in puljske vladikovine. — (Nadaljevanje in konec.) — Duhovniška bratovščina sv. Mihaela v Mengšu. — (Nadaljevanje.)